



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

XI. Item de anathemate insidiantium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

tum aspernantes contempserunt barathri incendiis detru-
si iugi crucientur miseria. Nec inde euulsi se glorientur
euulsi tormentis, sed cum Iuda Christi proditore, eiusque
complicibus Acheronte conglutinati, frigore stridentes,
feruore perusti, latitia priuati, mœrore anxii, eatenus
igneis compediti, lictorum metu perculsi, scelerum me-
moriam confusi, totius bonitatis recordatione semoti, æter-
no lugubres punientur cruciatu.

XI.

Item de anathemate insidiantium.

Qui autem iam prædictos noui Vvintoniensis ecclesie
cœnobii monachos, vel quoslibet eiusdem ordinis nostro
regimine degentes, quæ monasteriis, quæ vitiorum spurci-
tiis expugnans Iesu Christo Domino nostro victo dæmo-
ne acquisiui, eliminare præsumens voluerit, anathema sit;
& eadem maledictione qua Cain parricida, qui fratrem
suum Abel, stimulante inuidia, liuidus interemit mastigia,
adductus est, sine termino teneatur obnoxius, atque in Dei
persecutione continuo perseuerans, in hac vita nullum
dignitatis acquirat honorem, nec in futuro sine miseria
nunquam persistat, sed cum Anania & Sapphira vna Styx
* porragine eiulantem crucians complectatur.

* forte
voragi-
ne

XII.

De benedictione monachos venerantium.

Quicumque prætitulos monachos bonis quibuslibet
locupletans ditare voluerit, Creator cunctiteneans clemen-
ter eos eorumque progeniem totius vbertate prosperitatis
hic & in futuro sæculo ditando locupletet. Scriptis decen-
ter eorum in libro vitæ nominibus cum Christo portio-
nem in cælorum habitaculis habeant, qui monachos suos
quos nostris congregatos temporibus possidet, vel verbis
vel factis sanctitatis studio honorauerint.

XIII.

Quales & qualiter monachi in hoc monasterio conuersentur.

Regulares igitur monachi, non sæculares, in præfato
Christo comite degentes monasterio, regulæ moribus ob-
temperant, patres venerantes spirituales sanctorum pa-

Concil. Tom. 25.

S ij